

Caesar, de bello Gallico, I,18

Raum für Notizen

1	Caesar	_____
2	hac oratione Lisci Dumnorigem, Diviciaci fratrem, designari	_____
3	sentiebat,	_____
4	sed quod	_____
5	pluribus praesentibus	_____
6	eas res iactari	_____
7	nolebat,	_____
8	celeriter concilium dimittit, Liscum retinet.	_____
9	Quaerit ex solo ea,	_____
10	quae in conventu dixerat.	_____
11	Dicit liberius atque audacius.	_____
12	Eadem secreto ab aliis quaerit;	_____
13	reperit	_____
14	esse vera:	_____
15	<i>ipsum esse Dumnorigem summa audacia,</i>	_____
16	<i>magna apud plebem propter liberalitatem gratia,</i>	_____
17	<i>cupidum rerum novarum.</i>	_____
18	<i>Compluris annos portoria reliquaque omnia Haeduorum vectigalia parvo pretio redempta habere,</i> _____	_____
19	<i>propterea quod</i>	_____
20	<i>illo licente</i>	_____
21	<i>contra liceri audeat nemo.</i>	_____
22	<i>His rebus et suam rem familiarem auxisse</i>	_____
23	<i>et facultates ad largiendum magnas comparasse;</i>	_____
24	<i>magnum numerum equitatus suo sumptu semper alere et circum se habere;</i>	_____
25	<i>neque solum domi, sed etiam apud finitimas civitates largiter posse</i>	_____
26	<i>atque huius potentiae causa matrem in Biturigibus homini illic nobilissimo ac potentissimo conlocasse,</i> _____	_____
27	<i>ipsum ex Helvetiis uxorem habere,</i>	_____

28 *sororem ex matre et propinquas suas nuptum in alias civitates conlocasse.* _____
29 *favere et cupere Helvetiis propter eam adfinitatem,* _____
30 *odisse etiam suo nomine Caesarem et Romanos,* _____
31 *quod eorum adventu potentia eius deminuta (sit)* _____
32 *et Diviciacus frater in antiquum locum gratiae atque honoris sit restitutus.* _____
33 *Si quid accidat Romanis,* _____
34 *summam in spem* _____
35 *per Helvetios regni obtinendi* _____
36 *venire;* _____
37 *imperio populi Romani non modo de regno,* _____
38 *sed etiam de ea,* _____
39 *quam habeat,* _____
40 *gratia desperare.* _____
41 *Reperiebat etiam in quaerendo Caesar,* _____
42 *quod proelium equestre adversum paucis ante diebus esset factum,* _____
43 *initium eius fugae factum (esse) ab Dumnorige atque eius equitibus* _____
44 *- nam equitatu,* _____
45 *quem auxilio Caesari Haedui miserant,* _____
46 *Dumnorix praeerat; -* _____
47 *eorum fuga reliquum esse equitatum perterritum.* _____